

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes
aliquot**

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Rugula IV. Alia actus, alia potentia causa est

urn:nbn:de:bsz:31-102400

prædicamentum. Ergo & potentia vel materiarum? Quod si ex hoc loco probare velint, q[uod] privatio spectat ad prædicamentum, in quo habitus sive forma, ideo & potentiam ad illum p[ro]sum pertinere, cogentur admittete, quamlibet potentiam, etiam illam, quam primò actum respicere dicunt, in eo contineri prædicto, in quo constituitur actus, cum doctrina Philosophi generalis sit, & non restricta potentiam quam primò ad actum referri junt.

REGULA IV.

Alia actus, alia potentia causa est.

I. Quod Luna obscurari & privari lunime est, hujus potentiae causa est ipsa natura luna. cundū hanc enim, cū propriō lumine destitutur, apta est tum lumen, tūm privationem lumen recipere: quod actu obscuratur, & lumen mittit, inde provenit, quod inter eam & Sole à quo illuminatur, terra interponitur, quæ si Opacitate non permittit radios Solis ad Lunæ corpus penetrare. Potentia putrescendi in corpori mixtis causa habet æternam, ipsam nimirā corporis mixti naturam: at putredinis causa ex corpus mixtum est constituta, calor nimis corporis ambientis proprium & naturale calorem in humidō corrumpens. Sic non dem causa est risus, & aptitudinis ad ridendum.

Hujus est
illius ver
ov, sive
mine co
II. Es
sa actus,
questio
simplici
non redi
rationis
potius
sponde
ridere,
In alliis

C

I. Si
& Dei
tur, int
per pot
hilo, ha
tentia p
siva esse
næ ada
Dico a
aliqui
sivâ ,



Hujus causa est. τὸ λόγιον sive facultas rationalis illius verò est aliquid exterum, nempe τὸ γελοῖον, sive ridiculum forte oblatum, & actu ab homine cognitum.

II. Est quidē & potentia ipsa aliquo modo causa actus, non tamen hujusmodi, quæ satisfaciat questioni propter quid, & dicitur causa proxima simpliciter, ut si queratur, cur hic vel ille rideat, non rectè respondebis, id propterea fieri, quod sit rationis particeps. Si enī ea est causa, cur hoc potius tempore, quam alio ridet? Benè autem responderebis, & interrogans acquiesceret, si dixeris, ridere, quod res quædam ridicula ipsi sit oblata. In aliis resperinde clara est.

REGULA V.

Cuilibet potentia activa respondet passiva.

I. Si de potentia activa in suâ latitudine, ut & Dei & creaturarū potentiam sub se complectitur, intelligatur, non est absolutè verum. Nam per potentiam divinam potest aliquid fieri ex nihilo, hoc est, nullā præsuppositâ materiâ sive potentia passivâ: immo per eam prima potentia passiva esse suum habet. Non ergo potentia divina adæquatè respondet aliqua potentia passiva. Dico adæquatè, quia licet Deus, ut potentia suâ aliquid producat non opus habeat potentia passivâ, cum ex nihilo rem facere possit, potest